



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Imitatione Christi

Thomas <von Kempen>

Antverpiae, 1607

Admodvm Reverendo In Christo Patri Ac Domino, D. Leonardo Bettenio,
celeberrimi apud S. Trudonem Cœnobij, Antistiti dignissimo: Henricvs
Sommalivs è Societate Iesv, S. D. P.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48701](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48701)

ADMODVM REVERENDO
IN CHRISTO PATRI
AC DOMINO,

D. LEONARDO BETTENIO,
celeberrimi apud S. Trudonem
Cœnobij, Antistiti dignissimo:

HENRICVS SOMMALIVS
è Societate IESV, S. D. P.



ALEXANDRO ^a Macedoni ^a Plutar.
ferunt, cum Darium (qui ^{in vitam}
^{in vitam} Alexad.
^{Magni.}
^{Plin. lib.}
^{7. natur.}
^{hist. cap.}
^{29.}
^b deinde aureis vinc^{tus} ^b Cur
catenis, in eius manus est ^{tius de}
traditus) profligasset, Gaza regia di- ^{reb. Ale-}
repta, oblatum à milite suo, magni ^{xandri}
instar muneris, scriniolum quoddam ^{Magni}
perelegans, & affabrè factum, ope- ^{lib. 5.}
re magnifico, auro gemmisque ditissi-
mum; nihil ut ex omnibus barbaris
opibus (centum octoginta millium
talentorum) aut pretiosius, aut
splendidius hominum oculos, animos-
que in se conuerterit. Quod ubi ille
in manus sumpsit, & ut sua dignum

A 2 ma-

maiestate, cupide utroque citroque con-
templatus est; non minus artificij
quam pretij admiratione suspensus,
quasiuit e purpuratis suis, quidnam
in eo Darius asseruare consueuisset?

* Vngue-
torum
scrinio-
lum.

Responderunt, eius fuisse * μυροθή-
κιον. Tum ille: Faxo, inquit, in po-
sterum, ut non unguenta pigmen-
tisque regia, sed Iliadem Homeri,
quam multo chariorem habeo, custo-
diat. Sit itaque non μυροθήκιον mi-

* Operū
Homeri
repositi-
torium.

hi, sed * Ομνοθήκιον. Hunc enim
scriptorem Alexander assidue lecti-
tans, eundem & vitæ suæ ducem,
(quem rei militaris viaticum appella-
re solitus erat) & rerum domi mili-
tariarum gerendarum, vel ut certissimum
sequebatur auctorem.

2. Sed quorsum, inquires, tam longè
petita hæc narratio? En habet à me

* Medi-
camentorum
scrinio-
lum.

T. R. P. nobile hoc * Narthecion:
quod, siue pretium, siue dignitatem
astimes, illi, de quo dixi, longè præ-
ponderat: Aureolum, inquam, reli-
giosissimi viri Thome à Kempis li-
bellum, unguento illo redundantem;

quo

quo mentes mortalium, ad immortales delicias vngantur. Hunc ego, dum bibliothecam Canonorum Regularium D. Martini Louanij perlustro, in ea, tamquam in alia Gaza, authoris manu scriptum (quod Greci ἀποφωρισμὸν dicunt) & pretiosius πυροπόδιον, & diuiniorum Homero, reperi. Hoc verò* Apophoretum, his incun-
 tis anni auspiciis, T. R. P. pro mea perpetua, ac totius nostrae Societatis in eam voluntate, do, dono, consecro. At nihil, inquires, noui? Imò verò: ut nouus iam annus nobis oritur, ita posita vetustate, nouus hic liber lucem adspicit. Etenim, quod D. Hieronymus, & suis, & probatissimorum operibus accidisse, non semel conqueritur, pariter, huic libro euenisse, mihi quàm certissimum est: ut nimia librariorum cura dixerim, an incuria, labyrinthum errorum inuenerit: dum corrigere audent, quae non capiant; vel quae simpliciore stylo ipse author conscripserat, ornare student. Qui etiam eò sunt progressi, ut

* Strena

D. Hier.
 in ep. ad
 Lucin.
 in praefat. in
 Chron.
 Eusebij:
 & saepe
 alibi.

non verba tantum authoris : sed subinde etiam sensum inuenterint , sententias integras transposuerint : nonnulla pratermiserint , quaedam denique inseruerint de suo. Quae omnia, bona fide restitui ex autographo scriptoris ; quod nuper , Dei beneficio, in manus nostras venit . Aliorum esto iudicium , an bene vtiliterque , operam meam collocauerim.

3 Quartus porro liber, de augustissimo Eucharistiae Sacramento , tribus illis prioribus rectissime adnectitur: quod ex communione sacrosanctorum mysteriorum, vis omnis imitandi Christum, in homines deriuetur. Soli heretici (quorum peruersis dogmatibus aduersatur) in hunc non modo dentes, sed cultros quoque stringunt : impij scilicet in libris pijs hospites, aut hostes potius capitalissimi . Quidam ex hoc genere, non ita pridem (quo supercilio? qua seueritate?) expolire stylum operis huius aggressus, primo pedibus illud truncauit, quarto libro prorsus amputato . Deinde reliquo in corpore, insper-

7

inpersis verborum sententiarumque
floribus, non ornauit, sed turpiter de-
formauit: suauitatem non sensit, vera
pietatis gustum non habuit: persua-
dendi efficaciam ademit, neruos vir-
tutis incidit: deniq; ipsam quasi ani-
mam authoris elisit. Impudentem ho-
minem, qui mellifluum non lingua,
sed animi ac virtutis magistrum (cui-
us documentis excolere & perficere
pectus suum debuerat) tam indignis
modis tractauit: perinde ac si ipsa
virtus, suis non contenta ornamentis,
veritate, candore, maturitate, pig-
menta fucumque puerilem desideret.
Verum, quod D. Augustinus sibi nar-
rat contigisse, cum necdum catechu-
menus, in sacram Scripturam, (quae &
ipsa veritatis cultrix, fucatam non
amat eloquentiam) curiosius irrum-
peret, id etiamnum ingenis accidit
curiosis, ut libellos huiusmodi, ob styli
exilitatem aspernentur. Institui (in-
quit D. Augustinus) animu[m] inten-
dere in Scripturas sacras, ut vide-
rem, quales essent. Et ecce, video

August.
libro 4.
confess.
cap. 5.

A 4 rem,

rem non compertam superbis, neque nudam pueris: sed incessu humilem, successu excelsam, & velatam mysteriis. Et non eram egrotalis, ut intrare in eam possem, aut inclinare ceruicem ad eius gressus. Non enim, sicut modò loquor, ita sensi, cum attendi ad illam scripturam: sed visa est mihi indigna, quam Tullianæ dignitati compararem. Tumor enim meus, effugiebat modum eius: & acies mea, non penetrabat interiora eius. Verumtamen illa erat, quæ cresceret cum paruulis: sed ego dedignabar esse paruulus; & turgidus fastu, mihi grandis videbar.

Aug. in
ps. 138.
ad vers.
Non est
occult.
cor me-
um. Et
Hier. in
cap. 40.
Ezech.

meritò idem D. August. & S. Hieronymus (at qui viri?) quò dilucidius Sacras literas explicarent, in Grammaticorum regulas ac præcepta, scientes videntesq; impingerè nihil verébantur.

4. Ceterum quanta sit huius libelli dignitas, qua se omnibus longè lateq; probauit, vel ex hoc liquido patet; quòd

9
quòd post Sacros codices, nullus tam
crebrò typis fuerit excusus: nullus
tam cupidè ab omnibus expetitus, ac
lectitatus, à summis, mediis, infimis:
nullus, qui in tam varias sit linguas
transfusus, atque omnium calculis
approbatus. Referã hic, quod nisi gra-
uissimis testimoniis niteretur, incre-
dibile videri possit. Cùm quidam è no-
stra Societate I E S V, ante annos plus
minùs duodeuiginti, Argirium Mau-
ritania profectus fuisset, pretium red-
emptionis captiuorum laturus, Rex,
(qui aliquãdo Christianus fuerat) eũ
in suam duxit bibliothecam, varia li-
brorum suppellectili instructã. Varios
hic illi codices visendos porrigit, at-
que in his libellum Thomæ à Kempis,
de imitando Christo, vulgari Turca-
rum lingua conuersum. Adiecit au-
tem, pluris se unicum illum facere,
quàm reliquos omnes Mahumetano-
rum. Superuacaneum hìc esset percen-
sere mirabiles, ex huius libelli lectio-
ne, animorum Metamorphōses, in-
numerasq; eorum conuersiones: quos

A 5 ad

ad arctam salutis semitam, à via la-
ta & spatiosa, traduxit: presertim,
cum & illa plerisque nota sint; &
proclive sit cuique in semetipso expe-
riri, quæ quantâque mutatio dextera
excelsi, si vel leuiter eius doctrinam
delibarit, mox consequatur. Audiui
ego non rarò, viros optimos, & in
authorum optimorum lectione diu
multumq; versatos, qui de hoc opuscu-
lo dicerent, se, cum mæstitia anixi,
vel molestiis aliis afflicti affectique
fuissent, subito lectione vnius modò
capitis, in quod fortè incidissent, mæ-
rorem omnem absterxisse, animûmque
à molestiis auocasse.

5. Utinam ergo (ut finem aliquan-
do faciam) utinam inquam vniuersi
Christiani, maxime verò religiosi vi-
ri, ad huius libri præcepta, vitæ suæ
cursum dirigant, hunc ductorem do-
ctoremque fidelissimum sequantur: &
ita ad omnem virtutem, eorum men-
tes efflorescant. Utinam, quod de Ho-
mero, Alexandrum fecisse antiquitas
memorat (Iliadem eius nimirum, sem-
per

Plutarc.
vt supr.

per unà cum pugione sub puluino habuisse) suo semper in sinu thesaurum hunc gestent: neque diem præterlabi patiantur, quo non aliquid inde utilitatis depromāt. Quidni enim, quod Ciceronem dictitare solitum accepimus: Terentius familiaris meus: hoc ipsum transferentes ad authorem nostrum, verè dicamus: Thomas à Kempis familiaris meus: aut potius, dux & magister vitæ meæ. Fidenter siquidem, & magna cum omnium approbatione asseuero, in hoc authore, totius Christianæ philosophiæ compendium contineri. Quare sicut nemini, nisi parū pio, potest displicere: ita piis omnibus, non potest non summoperè placere. Quin etiam, quod de parente dixit eloquentia Quintilianus: Ille in eloquentia se profecisse sciat, cui Cicero valdè placebit: ego, si de Thoma nostro, similiter gloriari voluero, non ero insipiens. Veritatē enim dicam. Nam cui ipse placet, cōfidat, quicumque ille est, plurimum se in imitatione Christi,

Cicer. in
libro de
Amicit.

Quint.
libro 10.
instit.
Orator.

suiq̄ victoria: nec non in virtutum studio, affectuumq̄ suorum mortificatione, profecisse. Contrà verò, fundamenta necdum solida illum iecisse pietatis, cui tantus author displicet. Vale Reuerende Præsul. Vitam autem T. R. P. exopto, cum Christi gratia, diuturnam. Louanij. 1598. Kal. Ianuarij.



HEN-